

www.e-rara.ch

**Le Theatre Francois, Ov Sont Comprises Les Chartes Generales Et
Particulieres de la France**

Bouguereau, Maurice

A Tovrs, M.D.XCIII.

Zentralbibliothek Solothurn

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-152086>

De Henrici qvarti christianissimi at qve avgustissimi gallorvm et navarrae.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DE
HENRICI QVARTI CHRIS-
TIANISSIMI ATQVE AV-
GVSTISSIMI GALLORVM ET NAVARRAE

Regis, apud Turones ouantis Triumpho.
Per Ant. Pichonium, Regium Doctorem.

Dicite Tō cines, HENRICI dicite quarti
Eximias laudes, dicite verba toga.
Magnanimus cum Rex pulchris ra-
diarit in armis,
Urbs Turni pompam, & gaudia sterne duci.
Virtutis merito nulli par, clarior heros
Priscis sudore est gloria parta viro.
Orbemque Herculeis poterit renouare lacertis,
Ab Ioue nam summo natus ad arma venit.
Fas est ut ducat celebres de Marte triumphos,
Francia quō noscat nobilitatis opus.
Perpetuō florens viuat Borbonia proles,
Hinc vrens liuor, diffugiātque metus:
Fortibus atque animis pergat, sic viribus aucta,
Illustris, viuax nobilitate Deūm.
Sarmaticum frigus vincet, Getulōsque leones,
Vsq̄ue ad hyperboreos nomina clara ferens.
Scandet ad astra vīgēns diuorum sanguine mixta:
Subiectis dabitur semper amēna quies.
Gallia nūm mauius famam rumore sinistro
Perdere, quā Regi prēmia iusta dare?
Prēmia iusta dabis, si vis venerari ipsum,
Factio nec placeat tam furiosa tibi.
Anceps obsequium ne te discindat amentem,
Mascula nec bilis pectora cœca terat.
Rex almus non vult vesanum armare furorem,
Hostibus & seruis, prēmia iusta dabit.
Fortis Alexander non tam spectabilis armis
Exitit, imperij frena regenda tenens:
Quā Regis splendet virtus armata labore
Hanc propter sistit nostra Thalia pedem:
Haud etenim nugis consumit inanibus æuū,
Otia sed paci dulcia quæquē refert:
Omnia sic ratione gubernans ordine pulchro,
Testis per patrium lucida fama solum.
Pertulit ærumnas Alcmena matre creatus:
Hostibus & victis abstulit arma sibi.
At huic altitonans robur fortēque lacertos
Præbuit, & palmis ærea scuta dedit:
Sic Regi sacro contingit flamine scutum
Dædaleum, ut possit semper adesse bonis.

Virtutem sequitur vindex ultorque malorum,
Est pius in cunctos, est sibi grata Themis.
Pernigil est pastor populorum, candidus adstat
Egregijs præstans pectora amica viris.
Inter mortales nullus præstantior heros,
Est canem nam vitium pejus & angue sibi.
Iris non tantum vario est spectanda colore,
Inclita quā sua laus splendet in ore virūm.
Vt volucres celo vincit Iouis ales aperto,
Aëra cum tractu sulcat & ipsa leuem.
Sic sua consurgit memoranda per æthera virtus,
Qua nihil in terris maius habere licet.
Æquora cœruleum linquent & salsa saporem,
Atque suos retro flumina cursus agent:
Et prius in vinum vertetur lympa salernum,
Sol potius noctem, luna diēque dabit:
Ante lupi lunam spumoso dente vorabunt,
Et prius exscindēt æquora lata boues.
Ante agnos fugiet teneros lupus atque capellās
Quā cesset Regis gloria celsa boni.
Det facilem portum nostram flectendo carinam,
Namque suis meritis est habitura decus.
Aonia fontes si degustasse beatos,
Phocidis aut vndas fors mihi grata daret:
Non ego terribilem optarim cantare Chimeram,
Monstriferam aut Circen, Tantalum, aut Tition.
Has nugas vetulus puerisque relinquere malim,
Gracia quas mendax prædicat ore leui,
Quin potius famam celebrarem carmine culto
Regis, quæ nullo est interitura die.
Namque Sophocleo est semper decoranda cothurno,
Nec poterit nigris tradier ipsa rogis.
Ingeminet plausum musarum docta cæterua,
Et renouet cantus casta Minerva suos,
Interea viuat felix, annōsque Sibyllæ
Iam superi faxint ut numerare queat.
Pollice sic nūco dehinc torqueat aurea fila
Parca tenax veri, Regius & stet honos.
Nestoris hic annos possitque videre peropto,
Ac tandem faustus limina celsa petat.

VIVAT REX PERPETVO FELIX.
A.P.R.P.